

neatur post Oñaldum ad Donellum lib. 13. c. 2. luer. A.

34 Ad numerum 23. ibi: Tamen non potest promittere factum alienum, &c.

Promissionem facti alieni irritum esse, nec subrogari obligationem ad interesse, resolvit Gomezius in presentibus, & ita docent Socynus in regula 401. Connanus lib. 6. comment. cap. 3. numerus 5. Covarruv. in cap. quavis pactum, 2. parte. 5. 5. Didacus Perez. in l. 2. titul. 8. lib. 3. ordinamenti Gutierrez de juramento confirmatorio, 1. parte, cap. 44. ex numer. 1. Doncilus lib. 12. commentariorum, cap. 19. & cap. 21. & ibi Oñaldus, Cujacius lib. 12. observationum, cap. 36. Matienzo, Azeved. & reliqui in leg. 2. titulo 16. lib. 5. Recopil. laudissime explicans Pichard. in § si quis alium, Instit. de inutilibus stipulationibus, omnino videndus, nec non doctissimus Pater Thomas Sanchez tom. 1. de matrimonio, lib. 1. disp. 24. ubi numer. 3. refert tres limitationes, quae in l. 11. titul. 11. part. 5. exprimuntur: rimam, si quis suo heredem aliquid daturus, seu facturos promittat: Secundam, si promissio fiat in judicio; ut quod alius judicio lictat, vel rem judicatum ratam habebit, vulgo: Estar a derecho, pugat juzgado f sentenciado: Tertiam, si quis promittat rem pupilli salvam futuram: & numeris sequentibus, alias sex limitationes adducit, nempe: in poena adjiciatur, vel si factum promissum sit illius quem promissio cogere potest, veluti servi, vel filii; vel si promissio sit matrimonii alieni, vel si accedat juramentum, vel si loquamur de ju. & Canonico, vel in foro conscientiae, eum omnino videas ibi; & disputatione sequenti, ubi de promittente factum alienum cum poena, an liber sit, facta sufficiendi diligentia id non potuit consequi? vide etiam Guzman in tract. de eversionibus, questione 59. per totam, ubi late defendit quod maritus qui promittit uxorem se obligatam pro eversione, & se ipsum hoc curaturum, ad nihilum tenetur, nec ad interesse si fecit quod potuit, ut uxorem se obligaret.

Ibi: Ex quibus noviter infero, &c.

Etiam de jure Regio non valere promissionem facti alieni, defendit nos Gomezius, ut videas; sed verius, & communius est de jure Regio attentata leg. 2. titul. 16. lib. 5. Recopil. dictam promissionem & obligationem valere, & ita docent Gregorius Lopez in dicta l. 11. tit. 11. part. 5. Gutierrez de juramento confirmatorio, 1. parte, cap. 44. numer. 6. Matienzo in dicta l. 2. titul. 16. lib. 5. gloss. 6. numer. 5. Azevedus ibidem, numer. 41. Cevallos quest. 846 ubi explicat dictam l. 2. & probat quod ille qui promittit factum alienum liberatur, si fecit quod in l. dicta disp. 24. numer. 10. Pichardus in dicto § si quis alium. Instit. de inutilibus stipulationibus, ex numer. 22. ubi numer. 26. contra Communem resolvit, alieni facti promissorem, qui suam operam, & diligentiam adhibuit, ut factum adimpleretur, non liberari nisi effectus sequatur.

35 Ad numer. 24. ibi: An valeat pactum & promissio alienius, &c.

Pactum habitandi cum uxore perpetuo in certo loco, vel civitate, non valere, nisi constet de interesse uxoris, resolvit Gomezius, & ita docent Covarruvias in 4. 4. part. cap. 7. in principio, n. 6. Amezcua in tract. de pofestate in se ipsum, libro 2. cap. 18. numer. 1. Salcedo in additionibus Bernardi Diaz in regula 800. Azevedus in l. 11. titul. 6. lib. 5. Recopil. numer. 21. & sequentibus, & in l.

9. tit. 15. lib. 4. numer. 35. & alii. Sed contrarium imò tale pactum valere, tenent alii quampures, quos refert, & sequitur Thomas Sanchez lib. 1. de matrimonio disput. 40. ex numer. 2. ubi numer. 3. limitat, praterquam si nova causa recedendi superveniat, tunc enim recedere licebit, quamvis id pactum juramento firmatum fuerit; & numer. 6. addit quod si vir non oblatante pacto, absque nova superveniente causa domicilium mutet, uxor immunis erit ab obligatione ipsum comitandi; & numer. 7. Probat, dictam conditionem in primogeniis appositam valere: & tandem numer. 8. docet quod si legato apporatur conditio habitandi in certo loco, illa rejicitur; non vero rejicitur modus, si ita legetur, dum in tali loco habitaverit, cum vide, & novissime D. Franciscum de Amaya lib. 1. observationum, cap. 6. ex numer. 21. Lara in tract. de Anniversariis, & Capellanis, lib. 2. c. 8. ex numer. 66. & Cancerium variarum, 3. parte, cap. 7. ex numer. 1.

Ad numer. 25. ibi: Dico quod regulariter omne factum est individuum, &c.

Factum omni respectu esse individuum, ratione contractus, distributionis, solutionis, & liberationis, ut hic resolvitur, docent Vaconius lib. 5. declarationum, cap. 72. numer. 8. Connanus lib. 6. commentariorum, cap. 2. numer. 8. Menchaca de successuum creatione, § 2. numer. 9. Bernardus Diaz regula 279. Ducenas regula 291. Parladorus lib. 1. quotidianum, cap. 6. in principio, numer. 3. sequentibus; & in §. 1. ex numer. 9. Fachineus lib. 10. controversiarum, cap. 65. n. 49. & sequentibus, Gratianus disputationum forensium, cap. 248. numer. 50. & cap. 641. numer. 24. Mantica de Tacitis conventionibus, lib. 14. tit. 36. n. 24. & sequentibus, Joannes Gratianus in regula 254. Petrus Gregorius in synagoga, lib. 5. cap. 3. numer. 10. & Pichardus omnino videndus in §. si finium, Instit. de officio judic. in materia de individuis, cap. 12. & 13. ubi numer. 181. improbat rationem à nostro Gomezio adductam, nempe quia factum pro parte non affert tantam utilitatem respectu partis, quantum totum respectu totius; & latissime distinguit, quando obligatio facti individua sit, & quando dividua, & quid in poena appositae de qua Donel. in l. 5. §. fin. numer. 3. ff. de verborum obligat. & D. Larrea decis. 78. n. 5.

Ibi: Quin o infero, &c.

Revendita cum pacto de retrovendendo, quod non possit ipsa res pro parte redimi, ut hic resolvitur, docent plures relatores, & sequuntur à Tiraquele de retractu lig. §. 2. gloss. 1. numer. 8. & sequentibus, Fachineus controversiarum, lib. 2. cap. 2. Mantica de tacitis conventionibus, lib. 4. tit. 32. numer. 29. & Hermosilla in l. 4. tit. 5. part. 2. §. gloss. 7. numer. 8. & sequentibus, ubi probat contra alios posse unum ex venditoribus totam rem retere, offerendo totum pretium referens pro hac parte Fachineum ubi supra, Joseph. Ludovicum decis. 112. ex numer. 1. Mantica etiam ubi supra, Azevedum in leg. 7. tit. 11. lib. 5. Recopil. numer. 49. & alios.

Ibi: Octavo infero, &c.

Vide circa hanc illationem Cavallos quest. 76. ex numer. 4. Gratianum disputationum tom. 1. cap. 36. ex numer. 15. Clarum receptorum, §. emphyteusis, quest. 8. numer. 3. Quid vero sit dicendum de jure Canonico; agi ipse Gratianus dicto cap. 36. n. 27. ubi ait, veriorum esse opinionem, quod de jure Canonico explosa sublimitate, & rigore iustitiae civilis, indistincte non debeatur poena pro partibus

partibus impletis sive in obligationibus faciendi, sive dandi, sive hereditibus, sive in principali, referens ad hoc Cavallos quest. 6. & Cenedum, in collect. an. cap. potuit, numer. 42. vide supra numer. 5. & Gutierrez de juramento, 3. parte, cap. 17. numer. 6.

Ibi: Non infero, &c.

Laudat nostrum Gomezium in presenti Rodriguez in tractatu de redditibus, lib. 2. quest. 16. numer. 34. ubi etiam docet; tertium possessorem unius ex pluribus fundis hypothecatis pro annuo reddito, non posse offerre creditori ratam sortis, & reliquorum, & fundum liberare; de quo vide latissime Felicianum de censibus, to. 2. lib. 3. cap. 4. numer. 17. Fontanel. de pactis nuptialibus, como 1. clausula 4. glossa 18. part. 2. ex numer. 51. & plures referentem Salgadum in suo labyrintho creditorum, parte 2. cap. 11. numer. 11. & 42. & 72. & sequentibus, ubi numer. 73. declarat, quod licet certissima sit conclusio, quod si pars bonorum hypothecatarum diminuta sit, vel evicta, totam jus hypothecae remanet in bonis remanentibus: hoc tamen non procedit, quando ipsum creditum simul diminuitur, atque resolvitur, & dividitur pro rata ipsius rei, quia tunc bona remanentia, dumtaxat remanent obligata pro rata, ex l. quando, Cod. de distractione pignorum, l. si necessaria §. si si numer. §. de pignoratitia adione, cum vide.

37 Adde quod si servus plurium ab uno manumittatur, alius etiam teneret libertatem concedere pretio recito, ut in Granatensi Senatu iudicatum fuisse ait D. Larrea decis. 90. per totam, quem videas.

Item quod laicus gaudeat privilegio Clerici in individuis, Lara de Annivers. lib. 2. capite 9. numer. 15.

CAPUT XI.

De Qualitatibus Contractuum.

SUMMARIA.

- 1 Contractus quomodo celebratur pure.
2 Si contractus pure celebratus aliquid debeatur, statim potest peti, & iudex debet assignare aliquem terminum intra quem solvatur, qui terminus debet assignari.
3 An contractus, vel stipulatio pura sine causa valeat.
4 An valeat promissio reciproca, que vulgo dicitur Appuella.
5 Et sic stante lege Regia 3. tit. 8. l. 3. Ordinam an in contractu requiratur causa.
6 An, & quomodo confessio alicujus debitoris facta inter vivos, valeat & teneat.
7 An, & quomodo incertitudo vitiet contractum.
8 An incertitudo in ultimis voluntatibus vitiet, vel non.
9 Incertitudo de genere subalterno, qua potest verificari de pluribus differentiis specte, an vitiet.
10 An de jure Canonico incertitudo vitiet dispositionem.
11 Si pater meliorat filium, vel filiam, non expressa qualitate sed simpliciter dicit, Meliorem filium, an valeat melioratio.

- 12 An, & quomodo contractus pure celebratur, actio & obligatio ejus transeat ad heredes.
13 Si in contractu, vel obligatione ponatur dictio taxativa, an transeat ad heredes.
14 Si fiat mentio heredum, quos heredes comprehendat.
15 Stipulator, vel creditor an possit stipulari, vel acquirere uni ex heredibus, vel tantum unum gravare.
16 An tot sint contractus, & obligationes, quot sunt res deducta in ipso contractu.
17 An, & quando solvatur requisiti in aliquo actu presumatur.
18 An, & quando stipulatio alteri facta, valeat.
19 Si quis stipuletur copulativo sibi & extraneo, an ista stipulatio, & promissio valeat de jure communi, & Regio.
20 Si simpliciter quis promittat rem Titio aut Scio, alternativo modo, an talis promissio valeat in persona Scii.
21 Si contractus celebratur in diem certum, an statim sit nata obligatio.
22 Debitor in diem certam, an possit ante diem solvere invito creditore.
23 Debitor in diem certam, si solvit aliquo errore juris, vel facti an possit repetere.
24 Si venditor sub conditione, vel in diem incertam agat in iudicio, an possit per iudicem repelli, etiam parte non petente.
25 Si pendente iudicio conditio extiterit, an possit debitor condemnari.
26 Si simpliciter quis promittit dare Calendis, vel in die Paschatis, an intelligatur de primis Calendis, vel de primo Paschatis.
27 Promissio facta sub aliquo tempore, quod potest intelligi in principio, vel in medio, vel in fine, de quo intelligatur.
28 Si promissio sit facta sub conditione, nulla oritur actio, nec obligatio, pendente conditione.
29 Pendente conditione, licet non sit nata actio, nec obligatio, tamen bene est quedam spes a iure approbata, qua inducit aliquos effectus.
30 Si conditio adimpleatur, & verificetur, valet & verificatur contractus.
31 An adveniens conditio constituat debitorem in mora.
32 Si contractus continet conditionem & diem, an sufficiat conditionem extiterit, vel requiratur implementum utriusque.
33 Si contractus continet conditionem & diem, & requiratur implementum utriusque, an dies incipiat currere à tempore purificationis conditionis, vel à tempore contractus.
34 Si uxori legatur aliquid sub conditione, si non nuperit, & quod post mortem restituat, & non parit conditioni, & si amissa legatum, an debeat statim restituere, vel post mortem uxoris.
35 Si mater non dedit tutorem filio, & filius impubes mortuus est infra annum, qui datur à lege matri ad presentem tutorem si moriatur in fine anni, tali erit quod impossibile erat tutelam providere an mater preveatur hereditate.
36 An contractus conditionalis & species ejus transeat ad heredes.
37 An in contractibus habeat locum cautio Mutuana.
38 Quando contractus est alternativus, cujus sit electio.
39 Si alternativum punitur in rebus, in quibus cadit affectio, cujus sit electio.
40 Permissa una re ex alternativis debitis, an alia remaneat.

- remans in obligatione.
- 41 Jus eligendi, an transmitatur ad heredem.
 - 42 In alternativa remedium, an sit electio creditoris.
 - 43 In ultimis voluntatibus in alternatis, cuius sit electio.
 - 44 Contractus annuus, in quo differat a legato annuo.
 - 45 Annua promissio, si non sit soluta per triginta annos, an censetur praescripta.
 - 46 Annua promissio, a sit perpetua, & transeat ad heredem.
 - 47 In quo conveniat annua promissio in contractu & in ultima voluntate.
 - 48 Si testator legat aliquam quantitatem alicui personae in diem reuerenti em, puta in diem diuioi Joannis, an debeatur intelligi in perpetuum.
 - 49 Quando contractus est in genere, non de crimina-ta specie, quid sit in obligatione.
 - 50 In promissione generica semper quis tenetur ad mediocre rem de suo genere.
 - 51 An, & quando debitor rei, vel quantitatis possit incarcerari.
 - 52 Si quis cedit bonis suis, non incarcerratur, & hodie, a habeat locum cessio bonorum.
 - 53 Si uxor concurrat cum alio creditoribus, qui uolunt, ut eis seruiat pro debito, an uxor praefertur.
 - 54 Nobilis, an possit pro debito incarcerari.
 - 55 Debitus fugiens ad Ecclesiam, an gaudeat eius privilegio, & immunitate.
 - 56 Debitor mortuus, an possint creditores cadaver d. in re.
 - 57 Si debitor in diem, vel cum conditione post debitum contractum efficiatur suspectus, an teneatur prestare cautionem.

Tertio principaliter quæro, quæ sint qualitates contractuum? Et resolutivè dico, quod quidam est contractus purus, & simpliciter celebratus, quidam est contractus in diem, quidam est contractus sub conditione, quidam est contractus alternatus.

Contractus purus & simpliciter celebratus est, quando quis purus & simpliciter promittit rem vel pecuniam, nullo tempore, vel conditione affinita, quo casu statim oritur actio, & utraque obligatio, civilis & naturalis, & statim debitum peti potest; textus est in l. cum qui Calendis, §. quiens, infra isto tit. de verb. oblig. textus in l. eodere diem, §. de verb. signific. textus in l. omnibus obligationibus, §. de regul. jur. textus in l. cum sine praescriptione, §. quando dies leg. cod. text. in §. omnis, infra tit. de verb. obligat. & idem disponit lex. 12. tit. 5. part.

Unum tamen est, quod licet debitum statim peti possit, tamen per judicem debet assignari aliquo tempore miserationis causa ad realem solutionem faciendam text. est in leg. promissor Stiechi, §. 1. ff. de constit. pecun. text. in l. ratum, §. de solut. text. in l. quod dicimus, eod. tit. textus in l. si debitor, §. de juric. textus in l. debitoribus, §. de re jud. in l. si cum militi, §. 1. ff. de compensat.

Sed dubium est, quantum debeat esse istud tempus, quod iudex debet assignare; Et breviter dico, quod in constituto dantur decem dies textus est in d. promissor Stiechi, §. 1. ff. censur. pecun. ubi communiter Doctores. In aliis vero contractibus tempus est arbitrarium, textus in leg. quod dicimus, §. de solut. & ibi Bartol. & communiter Doctores, textus in §. fin. infra tit. de iur. stipul. & idem disponit lex 13. tit. 11. §. part.

Sed advertendum tamen, quod istud tempus legale quod datur miserationis causa ad solutionem faciendam, longè differat à tempore, quod inest obligationi ex conventionione partium. Nam primò differat, quoad effectum compensationis, quia si intra tempus, quod datur à lege, reus ipso condemnatus agat, vel petat executionem contra creditorem, virtute alterius sententiae, poterit opponere compensationem debiti, licet nondum sit tractatum tempus datum à lege textus est in l. si cum militi, §. final. ff. de compensat. & ibi communiter Doctores & per cum tenet & declarat Bart. in l. ita stipulatus, infra eod. tit. col. num. 36. & ibi Imol. penult. col. num. qui dicit illum text. singularem, & illum etiam textum ad hoc reputat singularem Alex. in Lira dies constitutos, §. ff. de re judicat. Quod secus esset, si tempus appositum fuisset ex partium conventionione; quia eo durante, non potest opponi compensatio; ut in l. quod in diem, §. ff. de compensat. & ibi communiter Doctores quia tempus conventionie magis nec obligationi, quia censetur pars eius, ut in l. 1. §. editionis, versic. diem, §. de edendo, quam tempus legale, cum concernatur tantum in executione & solutione.

Secundò differat: quia si intra tempus conventionale creditor agat, duplicentur inducæ, ut in §. hodie, in tit. de exceptionibus. Secus tamen est, si creditor agat intra tempus legale datum à iudice miserationis causa, quia non duplicentur inducæ, ita tenet singulariter Bartol. in l. ita stipulatus, infra eod. num. 36. & ibi ad hoc notat & commendat Aretin. 22. col. num. Paul. de Castr. est magis communis opinio, licet per ures teneant contrarium.

Tertio differat, quoad effectum praescriptionis, quia in contractu, vel obligatione dies ex partium conventionione, non potest praescribi, nisi elapso tempore, vel die, ut in l. cum notissimi, §. illud. Cod. de praescription. 30. vel 40. annorum, ubi communiter Doctores. Sed in tempore legali potest praescribi à tempore sententiae; ita probat textus in l. rebus, versic. fin. Cod. de jur. dot. per quem ita tenet Bart. in d. l. ita stipulatus infra eodem & ibi Aretinus, & alii Doctores.

Item a quæro, an contractus, stipulatio, vel promissio pura sine causa valeat, & teneat? Et breviter & resolutivè dico, quod merito jure valet, & tenet, & producit actionem; & utramque obligationem; & potest creditor agere; tamen debitor conventus poterit opponere exceptionem doli, & creditorem repellere, & causa non probata, veniet absolvendus; text. est capitalis & expressus in l. 2. §. circa. ff. de doli except. Cujus verba sunt: Si quis sine causa ab aliquo fuerit stipulatus, deinde ex ea stipulatione experiat: exceptio utique doli mali ei nocet. & ad hoc notat & commendat ibi Gloss. ordinaria Bartol. Alberti. Angel. Cuman: & communiter Doctores textus in leg. 1. ff. de pollicitation. ubi disponitur, quod in calibus in quibus potest quis obligari ex pollicitatione, debet intelligi cum causa textus in l. 1. jurisgentium §. sed cum nulla ff. de pactis textus in l. 1. & in l. 3. ff. de condic. sine causa, textus in leg. non solum, §. final. ff. de pecun. textus in leg. stipulatus estes à me ff. de fidejussor. textus in leg. cum de debito §. fin. ff. de re probat. text. in cap. si autem, de fide instrum. & utrobique communiter Doct. Confirmatur etiam; quia traditio rei simpliciter facta sine causa, non operatur translationem dominii

minii, nec aliquem effectum textus est in l. nunquam nuda, ff. de acquirend. rerum dominio, text. in l. nuda ratio, ff. de donation. text. in l. 1. Cod. de apochis pub. lici. Cujus ratio fundamentalis est, quia talis stipulatio, vel promissio pura, & simplex, est contractus, vel obligatio nimis generalis, quæ potest imponi super pluribus causis, tam justis, quam injustis. Unde merito requiritur causa, ut sciamus & cognoscamus, an debeat valere, vel non. Alii verò contractus non requirunt causam: quia sunt speciales & particulares, & specialiter destinati super sua causa, quæ quidem causa est propria forma contractus, & dat formam & esse ipsi contractui, ut emptio, locatio, conductio, societas, donatio, & similes contractus; & idè in eis non requiritur alia causa; & in terminis ponit Baldus in hoc articulo, in leg. unica, Cod. de confis. 3. col. num. 7. & certè est singularis concludens, & benè notanda. Adde tamen quod si stipulatio, vel promissio si simpliciter facta sine causa potest verificari & fundari ex aliqua causa precedenti, valebit, & tenebit: quia illa censetur, & habetur à partibus pro expressa, textus est in leg. raticum, infra isto tit. & ibi notat & commendat Paulus de Castrensi. & communiter alii Doctores.

* Et attende quod illa l. 1. §. circa intelligitur in stipulatione pura secus est in stipulatione conditionali, quia talis stipulatio conditionalis valet sine causa, text. in l. Titio ff. de verb. in §. sub conditione. In l. ead. tit. & tenet Bartol. in l. 1. §. fin. ff. de donat. & dicit commun. Jas. in cum ad praesens ff. si cert. petat. n. 2. Tiraquel de Retr. alt. convention. §. 2. g. o. §. 1. quia illa conditio pro causa habetur & tenet infra numer. 4.

Sed advertendum, quod à sufficienti partium enumeratione videtur, quod secundum hoc non requiritur stipulatio in aliquo actu, vel contractu, nec habeat locum contractus verborum, nec lex nostra Regia Ordinamenti; quia si intervenit causa ipsa, producit actionem, & efficacem obligationem, facit transire contractum in propriam speciem contractus. Si verò non habet causam, valebit ut donatio, & erit contractus donationis, in quo non requiritur stipulatio, ut in leg. si quis argenteum, §. fin. Cod. de donat. et ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores. Sed huic difficultati subtiliter respondeo, quod benè requiritur causa sufficientis, & obligatoria: sed ea non constat, nec reperitur probata, nisi per solam confessionem partis, ut si quis promittat alteri stipulationem, quantitate, vel rem ex causa emptiois, venditionis societatis, vel similis contractus: quia tunc licet de illa causa non constet nec aliter probetur, valet & tenet contractus, & obligat promissorem, & causa illa tantum confessio testis, & corroborationem stipulationem, & contractum verborum, ut oritur actio, & obligatio efficacis, & sufficientis. Si verò causa inserta non esset talis, quæ sola de per se esset obligatoria, non vestiret, nec corroboretur stipulatio ex ea nec valet, nec tenet efficaciter. Sed hoc casu propter rigorem verborum, & solemnitatis merito & strictè jure oritur actio, & obligatio, tamen ob hoc exceptio, & ita debet intelligi iste passus, & articulus, & in terminis ita tenet & declarat Gloss. ordinaria in dist. l. 2. §. circa, ff. de do i. exception. ubi dicit, quod non est sufficientis causa si promissor dicat, quia text. est in Francia; sed debet adhibere causam de se obligatoriam, ut mutui, vel similem, & ibi tenent

communiter Doctores tenet etiam Glossa ordinaria in c. cautio, de fide instrum. & communiter Canonista. Pro quibus considero textum formalem & expressum, in leg. generatiter. Cod. de non num. pecun. ubi dicit textus quod si quis per stipulationem promittit pecuniam, vel rem ex aliqua iusta causa, valet, & tenet promissio, licet causa non probetur, nec de ea aliter constet, & ibi expressè, & summè notant, & commendant Doctores. Imò, quod magis est noviter extendo, ut sufficiat & illa causa confessata, & nostra in contractu, vel stipulatione sit numeratoria, quæ inducat naturalem modum exhibendi, licet non sit condigna rei; vel quantitas promissæ. Ita tenet singulariter Bald. in leg. generaliter. Cod. de non num. pecun. 3. col. 4. Felinus in c. si cautio, de fide instrum. 4. col. n. 21.

Ex quibus resultat maximum dubium, an valeat promissio reciproca, etiam vallata stipulatione, quæ utuntur mercatores, quæ propriè dicitur appuista, in qua unus promittit alteri; si nascatur filius masculus ex tali partu, & altere promittit, si nascatur filia foemina, vel si quid tale factum est, vel erit, quid simile; & videtur quod talis promissio valeat, & teneat, quia est conditionalis, & contractus conditionalis non requirit causam, quia ipsa conditio est sufficiens causa. Ita probat text. in leg. Titio, infra isto tit. ubi habetur, quod valet promissio sub conditione qualibet sine intermissione alterius causæ, & ibi ad hoc notat & commendat Bart. Paul. & communiter Doctores text. in leg. hoc jure, eodem tit. text. in leg. qui quid adstringenda, §. fin. eodem tit. text. in leg. si quis cum debitore, §. ff. de jur. jur. text. in leg. cum ad praesens, §. si cert. pet. textus in §. ex conditionalis, infra tit. de verb. oblig. Quod est verum, & procedit, etiam si implemento conditionis nullum commodum, vel interesse resultet contrahentibus; quia causa sufficientis est, quod satisfit suæ voluntati, & ita probant prædicta jura, & in expresse ita tenet & declarat Angel. in dist. leg. cum ad praesens, §. si cert. petat. & ibi communiter Doctores. Idem Angel. in leg. si intra, §. ff. de pactis, ubi communiter Doctores, Arretinus in dist. leg. Titio, infra isto tit. ibi Jalon. 2. col. num. 4. & communiter alii Doctores Ergo in nostro casu, & questione proposita valeat, & tenet prædicta promissio reciproca, & ita tenent Alexand. & Jalon in d. leg. Titio, infra eodem. Idem Jalon in leg. cum ad praesens, §. si cert. petat. Bellio. in cap. si cautio, de fide instrum. licet Paul. de Castr. in dist. l. Titio, relinquat questionem nostram indecisam, tanquam dubiam.

Ad aliam verò partem nostræ difficultatis, in qua dicebamus, quod stipulatio, & promissio, si non continet causam, valet, & tenet, quia habet vim donationis, & contractus donationis non requirit stipulationem: Respondeo, quod debet intelligi, quando expresse constat, & probatur per creditorem, quod debitor promittit scienter sine causa, & si nihil debere, quod poterit probare ex confessione partis, vel ex aliquibus prestationibus, vel praesumptionibus, Secus verò in dubio quando talis certa sententia non probatur, quæ tunc talis promissio sine causa non valet: quia præsumitur aliquo errore facta, & non ex certa scientia, & tunc debitor non tenetur in effectu, opposita exceptione doli. Et tali casu verificatur nostra regula, & conclusio, quæ habet, quod stipulatio, & promissio sine causa non valet, & ita debet intelligi, & concordare jura

per me superius ad lecta, & iam sententiam & declarationem probat textus in l. c. m. de indebito, & fin. de probat. text. in cap. si cautio, de sine instrument. & tenet & declarat Imola, & Moderni, in dict. leg. a Tizio, infra eodem Cynus, Alber. Bald. Paul. & communiter Doctores, in leg. generaliter, Cod. de non num. pecun. Abbas & Canonista in d. cap. si cautio. Angel. Paul. & Moderni in l. jurisgentium, §. sed cum nulla, ff. de pactis, est communis opinio.

Juxta quod tamen necessarium quæro, an hodie in nostro Regno stante lege Ordinamen. 3. tit. 8. l. 1. Ordinamenti, requiratur causa in tali contractu, vel promissione: Et breviter teneo, quod sic. Primo, quia lex tantum voluit tollere solemnitatem, etborum, & præsentiam contrahentium, requisitam de jure communi, non vero fomentum, & substantiam obligatoris. Secundum, quia tantum operatur hodie simplex promissio quod ad formam, & validitatem contractus, sicut stipulatio de jure communi. Sed stipulatio de jure communi requirit causam, ut in dict. leg. secunda, §. circa, cum similibus. Ergo etiam requirit eam simplex promissio in nostro Regno Tertio, quia prædicta res regit animum, & voluntatem obligandi: sed quantum in promissione non intervenit causa, non præsumitur adesse animus & voluntas obligandi, sed potius error, qui tollit consensum, ut in leg. si per errorem ff. de jurisdiction. omni. judic. & in leg. si Procurator. l. 2. ff. de acquirend. rerum domi. Quarto, facit textus formalis & expressus in leg. prima, §. 1. ff. de pollicitation. ubi habetur, quod etiam in casibus specialibus, in quibus promissio valet, & tenet per solam pollicitationem, requiritur causa. Ergo similiter requiritur hodie in nostro Regno, licet generaliter ex nudo pacto, vel pollicitatione oriatur actio Quinto, & notabiliter facit, quia licet de jure Canonico ex solo pacto nudo oriatur actio, antea aequitate, & solo animo, & voluntate promissoris, ut in cap. 1. de pactis, ibi communiter Doctores: tamen semper requiritur causa, & sine ea non oritur efficax actio, argumento textus in dict. l. 2. §. circa, cum similibus, in expresse ita tenet Bald. in leg. si divionem, ff. famul. et iur. in fin. Item Bald. in leg. cum quis, Codic. de jur. & fact. ignor. ante penult. col. n. 17. Abbas Panor. in cap. si cautio, de sine instrument. 2. columna, num. 2. & ibi Felin. prima columna, & 1. notabil. idem Felin. in cap. 1. de pactis, fin. column. numero 15. Ergo eodem modo requiratur hodie causa in nostro Regno, stante prædicta lege Ordinamenti Et in tantum est verum, quod promissio sine causa non valet, neque obligat promissorem efficaciter, proposita exceptione de jure Civili, Canonico, & Regio, & procedat & habeat locum, etiam si promissor juret. Primo, quia in tali promissione præsumitur error, & non consensus, ut supra dixi. Secundum, quia juramentum debet continere tria substantialia, scilicet Judicium, Veritatem, & Justitiam quæ omnia hic deficient, & in terminis ita tenet R. fred. in libellis suis in Rubric. Constitutio Friderici Imperatoris, §. column. num. 22. Pro qua sententia & conclusione confido text. singularem & unicum in suo casu, in leg. fin. Cod. de non num. pecun. ubi habetur, quod si quis confessus est, spe futura numerationis, mutuum recepisse, & juravit solvere, poterit opponere exceptionem non numerate pecunie, si pecunia non sibi numerata fuit: quia aliis non habuit animum & intentionem obligandi, & juramentum non firmat talem con-

tractum, & promissionem, tanquam sine causa, & fomento obligationis; & ad hoc notat & commendat ibi Goll. ordinarius Olofred. Petrus Cynus, Jacob Buirig. Bartol. Alberic. Bald. Paulus, & communiter Doctores, & reputat singularem Baldus in cap. qua in Ecclesiarum, de constitut. quinta columna. d. Notat etiam, & commendat Bar. in leg. si quis pro eo ff. de fidejuss. final. column. Baldus in l. non dubium, Codic. de legibus penult. column. Idem Baldus in l. Cod. de oper. libert. Ergo in nostro casu & questione idem erit dicendum, quod ex promissione nuda, & simplici sine causa etiam jurata, non oritur efficax actio, & obligatio. Idem adde, quod superior conclusio quæ habet, quod stipulatio, vel promissio scienter facta, sine causa valet, & tenet, quia inducit donationem, debet intelligi quando fit mediante stipulatione. Secus tamen est, si fieret nudo pacto, quia licet de jure novo Codicis ex nudo pacto donationis oriatur actio, ut in leg. si quis argentum, §. final. Cod. de donat. tamen d. b. t. intelligi, quando fit donatio expressa: secus si tacita, ut nostro casu, ne detur duplex specialitas contra textum in leg. 1. Cod. de dotis promiss. Ita Bar. post Guilielm. in leg. jurisgentium, §. qui nemo, ff. de pactis final. column. Idem Bar. in leg. si tibi decem, in fine eodem tit. Bald. Angel. Paulus & Moderni in leg. jurisgentium, §. sed cum nulla, eodem tit. Baldus in leg. si pacto, quo penam, Cod. de pactis. Idem Baldus in leg. si certis annis eodem tit. Imola in leg. in adibus, §. 1. ff. de donat. & ibi Roman. & alii Doctores Paul. in leg. qua doris nomine, ff. solut. matrimon. penult. column. Idem Paulus in leg. generaliter, Cod. de non num. pecun. 3. col. Aret. Alexand. & Moderni, in leg. a Tizio, infra isto tit. Baldus in Rubric. extra de pactis. Anton. & Imola in cap. qualiter, eodem tit. ista est magis communis opinio, secundum Alexand. in l. si aliquam rem, ff. de acquirend. possess. final. column. & secundum Jason. in leg. jurisgentium, §. quinimo ff. de pactis, §. column. num. 21. Advertendum tamen, quod hodie in nostro Regno ista conclusio non procederet: imo teneo, quod ex pacto nudo, & simplici promissione, scienter facta sine causa, induceretur donatio, & oriatur efficax actio, & obligatio: quia cum nostra lex Regia inducat jus commune, & determinet quod ex pacto nudo, & simplici promissione sine stipulatione oriatur actio, & operetur idem quod stipulatio. Requiritur quod ex tali pacto, vel promissione, scienter facta sine causa oriatur actio, & obligatio efficax, & inducatur donatio, quia non dicentur concurrere duæ specialitates, sicut de jure communi. Et est mea nota consideratio.

Item e principaliter quæro, an & quando confessio alicujus debitoris, emanata inter vivos, valet, & tenet, & quem operetur effectum? Et breviter, & resolutivè dico, quod confessio facta in absentia creditori, vel ejus, in cuius favorem emanat, non valet, nec tenet, nec est alicujus effectus, textus est juncta Glossa ordinaria in leg. 1. in fin. ff. de interrogat. alii. in. ibi communiter Doctores, textus juncta Glossa ordinaria in leg. quoniam, ff. de his qui nor. infam. ibi etiam communiter Doctores. Quod tamen limita, & intellige, præterquam talis confessio fuit geminata, & ex intervallo, non continenti, quia tunc valet, & tenet & præjudicat contenti, textus est singularis in jure, in leg. cum scimus, Cod. de agricol. & censu quem ibi ad hoc summè notat & commendat Bar. Platea, & communiter Doctores. Jason. ubi plura adducit in confirmationem in §.

in §. personam, Institut. de action. num. 43. probat etiam textus in l. unica, C. de plus petit.

Unum tamen est quod licet confessio extra judicialis, facta in absentia, non valeat, nec præjudicet contenti, tamen debet intelligi, quando est sola. Secus tamen est, si cum ea concurrat unus testis, vel aliqua præsumptio, vel iudicium, quia tunc plena probat, & præjudicat contenti quia non est omnino nulla, sed inducit saltem semiplenam probationem, argumento text. in leg. quæro, vers. fin. ff. de adil. edict. & in terminis ita tenet in l. 1. Cod. de furtis, Paul. in leg. 1. Cod. de fals. caus. adjit. legat. Jas. in leg. admonendi, ff. de jurejurand. n. 129. Item etiam hoc debet intelligi quando talis confessio fit in absentia: secus tamen, si in præsentia, quia tunc valet, & tenet, & plene probat, ista est Gloss. singularis in l. cum. de in debito, §. fin. ff. de probat. & ibi communiter Doctores, tenet etiam Bar. in leg. cum quis decedens, §. codicillis, ff. de leg. 3.

Confessio tamen extra judicialis, facta in scriptura publica, bene valet, & tenet, præjudicat contenti, text. est formalis, & expressus in leg. generaliter, Cod. de non num. pecun. & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores. Et idem est quando talis confessio fit in epistola, vel alia scriptura privata, facta in præsentia, vel absentia, text. est in leg. Publica Mævia, §. final. ff. de positi, & ibi Gloss. ordinaria, & communiter Doctores. Cujus ratio est: quia scriptura semper loquitur, & est plus quam geminata confessio, & fit cum maxima deliberatione. Unde plenè probat. Advertendum tamen quod in casibus, in quibus dixi, quod confessio valeat & tenet, & præjudicat contenti, debet intelligi, ut tantum inducat probationem, non ut producat actionem & obligationem ut ex ea agatur, & est maximi effectus propter modum & formam petitionis, secundum Doctores ubi supra Confessio verò facta in judicio valet & tenet, adeo quod contentus haberetur pro condemnato & tantum superest executio, text. est, ubi plene vide Doctores, in l. unica, de confessis.

7 Item quæro, an & quando incertitudo vitiet contractum, vel non? In quo articulo resolutivè dico, & propono sequentes conclusiones.

Prima conclusio. Quod incertitudo in verbo dispositivo ex parte promissoris vitiat contractum, & obligationem, modo fiat per pactum, modo per pollicitationem, modo per stipulationem, ut si quis dicat alteri: Satisfacet tibi, decem dabuntur tibi, text. est expressus in authent. si quando versiculi. fin. autem, Cod. de constit. pecun. Cujus verba sunt: Si autem dixerit? Satis fiet. verbo impersonaliter prolato, non tenebitur, & ibi notat & commendat Petrus, Cynus, Jacob. Bartol. Alberic. Bald. Angelus, Salycetus, Paulus, & communiter Doctores, text. in authent. ut cum de appellat. cognosc. §. ad hoc versiculi. §. 1. quis autem, collat. §. 8. & ibi Bartolus, Jacob de Bellovis. Angel. & communiter Doctores, & idem disponit lex tertia, tit. 11. §. part. Cujus ratio est, quia cum verba sint dubia, & incerta, non videtur animus obligandi, & in dubio ita est præsumendum, argumento text. in leg. cum de indebito, §. final. ff. de probat. Ex quo infero, quod ista conclusio procedat etiam hodie in nostro Regno stante lege Ordin. 3. tit. 8. lib. 3. qua cavetur quod qualitercumque confiteri quem velle obligari remaneat obligatus.

Secunda conclusio. Incertitudo ex parte creditoris, cui fit promissio, non vitiat contractum, & obligationem, ut si quis dicat alteri: Satis fiet.

sentia: Promitto dare decem. Nam tunc ille promissor remanet obligatus: quia intelligitur promissio facta in præsentia, text. est, qui sic debet inteligi in leg. stipulatio ista, habere licere, §. sicut in fin. infra isto tit. Cujus verba sunt. Et nihil intererit, utrum ita stipuler, habere licere, an mihi habere licere, & ibi communiter Doctores text. in §. si quis i. a. ejusdem legis: textus in l. 1. & in leg. si mihi ff. de stipul. servor. textus in §. si autem, Institut. eodem titulo. Cujus ratio est quia semper stipulator vel ille cui est facta promissio, videtur sibi prospicere, & velle acquirere, argumento text. in l. si pactum ff. de probat. & istam rationem ponit Petr. Cyn. Alber. & communiter Doctores in d. authent. si quando Cod. de constit. pec.

Tertia conclusio. Incertitudo in verbo executivo tantum, non vitiat contractum, nec obligationem, ut si quis dicat alteri: Promitto tibi, quod dabuntur, vel solventur decem, nam licet non dicatur, nec exprimat, per quem debeant dari, vel solvi, tamen intelligitur ab eo, qui fecit promissionem, vel idoneum promissorem loco ejus ponere, textus est in l. fin. §. fin. ff. si cert. per. per quem ibi ad hoc notat & commendat, Bar. Alber. Paul. & communiter Moderni. Ex quo notat, quod licet promissio facta alieni non valeat, nec obliget: tamen debet intelligi, quando exprimitur, & nominatur certa persona. Secus verò, si nulla exprimitur, nec declaratur: quia tunc promissor videtur nominatus, & sic valet, & ad hoc illum textum reputat ibi singularem Paulus & Moderni, facit etiam textus in leg. illa stipulatio, §. infra eod. tit. & in leg. si quis stipulatus §. fin. eod. tit.

Quarta conclusio. Incertitudo circa etiam personam nominandam per creditorem nunquam vitiat contractum, nec obligationem: quia semper censetur nominatus heres ejus ut si quis stipuletur ab illo pecuniam dari, vel solvi ei, quem ipse creditor in vita, vel morte nominaverit, vel ei cui velit relinquere. Nam tunc illa tertia persona non nominata censetur nominatus heres creditoris, & stipulatoris, & ei quæritur actio & obligatio, & virtus contractus, textus est singularis & unicus in l. 4. Cod. de contrahen. & committen. stipul. quem ibi ad hoc reputat singularem & unicum Bald. in l. 1. ff. de pact. fin. column. Alexand. in leg. stipulatio ista, habere licere, §. si quis ita, infra isto tit. & ibi Jas. & alii Moderni. Decius in leg. fin. §. fin. ff. si cert. petat. 3. columna, num. 13. Ex quo singulariter infero, quod licet alteri stipulari nemo possit, ut in leg. stipulatio ista, §. alteri, infra eod. tamen illud est verum, & procedit, quando exprimitur, & declaratur; persona extranea: secus verò, si nulla declaratur, quia intelligitur nominatus, & declaratur hæres stipulationis, ut illo textu singulari. Quam tamen sententiam, & conclusionem noviter intelligo, quando talis res vel pecunia perpetuo erat restituenda creditori, & apud eum remanens, vel apud promissorem per eum nominandam. Unde tali casu persona aliqua non nominata, merito censetur heres non nominatus, & quæritur ei: quia in nullo damno remanet debitor. Quia cum perpetuo debeat remanere penes personam nominandam, non interest debitoris, quod restituatur uni, vel alteri. Unde ea non nominata, pertinet hæredi, & ipse censetur nominatus. Secus verò, si res debeatur temporaliter, & non perpetuo, ut si quis accipit rem in conductionem, vel emphyteusim pro certo pretio, pro se, & aliquibus personis, quas ipse

ipse ante mortem nominaverit : quia talibus personis non nominatis res conducta, vel emphyteutica non transiit ad heredes recipientis, sed solvitur contractus, & res revertitur ad dominum, quia eam concessit in locationem, vel emphyteuticam quia longe potest differre una vita ab alia, & non militat eadem ratio. Et confirmatur : quia ea quae consistunt in declaratione animi, non sunt transibilia, text. in leg. idem Pomponius scribit, si frumentum, §. fin. de rei vend. quod reputo novum & subtile.

8 Quinta conclusio. Incertitudo ex parte debitoris in ultimis voluntatibus non vitiat dispositionem, f. ut si testator dicat in testamento, vel codicillis. Dentur, vel solvantur Titio centum, quia intelligitur, quod haeres teneatur dare, & semper censetur haeres gravatus; textus est singularis, & unicus in leg. si servus legatus, §. qui margaritam, ff. de legat. 1. & ad hoc summe notat & commendat ibi Baldus, Imola, Paulus, & communiter Doctores, notat etiam & commendat Bar. in leg. quidam regulatus, ff. de reb. dub. 2. colum. Baldus, in leg. stipulatio ista, §. si quis ita, infra isto tit. illum etiam textum reputat singularem, & unicum Bald. in authent. si quando, Cod. de consit. pec. 1. col. in fin. reputat etiam singularem Alexand. in leg. fm. §. fin. ff. si cert. per. secunda columna, numero 3. ibi Jafon secunda columna, numero 2. Dec. 3. colum. numero 8. reputat etiam singularem, & unicum Roder. Suarez in leg. post rem judicatum, ff. de re jud. sol. 24. secunda columna.

Sexta conclusio. Incertitudo circa personam heredem, vel legatarii, vel alterius honorati, cui aliquid relinquatur, semper vitiat dispositionem modo nulla persona sit nominata, modo sit nominata, sed de ea dubitatur, text. in leg. Paulus, la. 1. ff. de reb. dubiis textus in leg. quotiens, §. si quis nomen, ff. de hered. instit. text. in leg. in tempus, si quotiens, eodem titul. text. in leg. haeres palam, ff. de testamen. text. in leg. jubemus, eod. tit. text. in leg. qui plures, ff. de usu & usufruct. legat. text. in leg. si fuerit, ff. de reb. dubiis, text. in leg. si quis de pluribus, eod. tit. text. in leg. cum ex pluribus, ff. de manum. testam. text. in leg. duo sum Titii ff. de testam. tutel.

Septima conclusio. Incertitudo, quae venit certificanda ex aliquo futuro eventu, nunquam vitiat dispositionem in contractibus, neque in ultimis voluntatibus, text. est in leg. qui ex fratribus, ff. de cond. inst. text. in l. 1. §. si quis ita ff. de bon. poss. ff. secund. tab. text. in leg. quidam relegatus, ff. de reb. dub. text. in leg. si quis ita scripserit, eodem tit. text. in leg. si servus leg. §. hujusmodi, ff. de legat. 1. text. in §. incertis, Insti. de leg. & utrobique communiter Doctores.

Octava conclusio. Incertitudo favore pauperum non vitiat relictum, textus est capitalis, & expressus in l. id quod pauperibus, Cod. de Episc. & cler. Cujus verba sunt. Id quod pauperibus testamento, vel codicillis relinquatur, non ut incertis personis relictum evanescat, sed omnibus modis ratum firmumque consistat, & ibi communiter Doctores. Et divisio & distributio fit hujusmodi. Quod si in illo loco, in quo testator mortuus est, unicum tantum est hospitale, in quo sint pauperes; executor testamenti, vel Episcopus debet inter eos relictum dividere. Si vero sunt plura hospitalia, datur pauperiori. Si vero nullum reperitur hospitale, datur, & distribuitur inter pauperes illius loci, text. est in leg. si quis ad declinandam, Cod. de

Episcop. & cleric. & ibi communiter Doctores, ut licet testator habeat plura domicilia; debet praeferi domicilium habitationis. Hodie tamen, si testator non expressit formam, & modum distributionis, debet dividi inter pauperes illius loci, ubi mortuus est. Ita probat text. in authent. de Ecclesiast. tit. §. si quis autem, collat. 9. & ibi Gloss. ordinaria in 2. lectura, & ita tenet expressè Bar. Paulus de Castr. & communiter Doctores in dict. leg. si quis ad declinandam, & idem disponit l. 20. titulo tertio 6. part.

Nona conclusio. Incertitudo pecuniae, vel quantitatis, vel eorum quae consistunt pondere, numero vel mensura, vitiat dispositionem contractibus & in ultimis voluntatibus textus est expressus in leg. ita stipulatus versicul. 1. infra isto tit. & ibi notat & commendat Bar. 3. columna 4. opposit. & communiter Doctores, text. in leg. triticum, eodem titul. text. in leg. ubi autem non apparet eodem titul. text. in leg. si legatum, §. 1. de legat. 1. Quod intellige, nisi ex conjecturis, vel ex aliqua causa praecedente inter partes possit colligi quantitas, vel numerus, quia valet promissio, & non vitatur propter incertitudinem, ut in l. triticum, infra eodem & ibi communiter Doctores. Unum tamen est, quod si testator certam quantitatem frumenti, vini, olei, vel eorum, quae pondere, numero vel mensura consistunt, legavit, & in patrimonio suo reliquit illud genus, de eo est facienda solutio, & non teneatur haeres aliunde emere, & solvere, & ita probat text. notabilis in l. 3. ff. de tritico, vino, & oleo legato, quem ibi ad hoc notat & commendat Bartolus, & Doctores antiqui; probat etiam textus in leg. Titia, §. Sempronius ff. de aur. & argent. legat. & ibi Doctores. Et idem est in contractibus, textus est notabilis in leg. si quis argentum, §. 1. C. de donation. & ibi notat & commendat Bald. & communiter Doctores, & Alexand. in leg. legato generaliter, de leg. 1. 2. colum. facit etiam text. m. l. domini praediorum, C. de agric. & censu. & ibi communiter Doctores.

Decima conclusio. Incertitudo in genere generalissimo vitiat dispositionem in contractibus, & ultimis voluntatibus; ut si quis promittat, vel leget animal, substantiam, rem, vel eos simpliciter, & absolute, quia dando quamlibet minimam rem de mundo, liberaretur promissor, vel haeres. Ita probat textus in l. ubi autem non apparet, infra isto titu. & ibi communiter Doctores, text. in leg. cum post divorcium, §. gener. de jure dot. & tenet Gloss. ordinaria & ibi communiter Doctores text. in leg. cum post divorcium, §. gener. de jure dot. & tenet Gloss. ordinaria & ibi communiter Doctores text. in leg. legato generaliter, ff. de l. 1. Gloss. & ibi etiam Doctores in §. si generaliter, Insti. de leg.

Undecima conclusio. Incertitudo in genere subalterno, quod potest verificari de pluribus differentibus specie, vitiat dispositionem, tam in contractibus, quam in ultimis voluntatibus ut si quis promittat vel leget animal: quia dando quodlibet minimum de mundo, liberaretur debitor vel haeres. Ita probant jura superiora, & tenet Gloss. ordinaria in dict. leg. legato generaliter ff. de legat. 1. & in §. si generaliter, Insti. de leg.

Duodecima conclusio. Incertitudo ex genere inferiori, quod potest verificari in pluribus differentibus numero, quod Dialectici appellant speciem, non vitiat dispositionem, ut si quis promittat, vel leget rem in genere, quae habet certos fines determinatos à natura, ut servum equum, bovem

bovem vel quid simile, text. est in leg. legati generaliter, ff. de legat. 1. text. in leg. si servus legatus, §. cum homo, eodem tit. textus in leg. secunda, ff. de op. vel elect. legat. textus in leg. haeres ejus, §. si incerto homine, ff. famil. e. c. secunda, textus in §. si generaliter, Insti. de legat. textus in leg. 23. tit. nono, sexta part. Cujus ratio est quia hoc casu non est omnimodo incertitudo, cum parum distet una res ab alia.

Decima tertia conclusio. Incertitudo rei in genere, quae non habet certos fines determinatos à natura, nec facti hominis, vitiat dispositionem; ut si quis promittat vel leget fundum rusticum, nulla demonstratione facta; quia dando palmum terrae debitor liberaretur; textus est formalis & expressus in leg. ita stipulatus infra isto tit. versic. vel fundum dari, non adjecto nomine, & ibi notat Gloss. ordinaria, Bar. text. in leg. ubi autem non apparet eodem tit. text. in leg. cum post divorcium, §. gener. ff. de jure dot. Quod singulariter extendit, modo promissor, vel testator habeat vel relinquat fundos in patrimonio modo non Ita Bar. in dict. leg. ita stipulatus, columna 8. opposit. & ibi Imola quinta columna, Aret. Ripa, & alii Doctores tenent etiam Gloss. ordinaria in dict. leg. cum post divorcium, §. gener. ff. de jure dot. Glossa etiam ordinaria in leg. si quis duas, §. si quis partem, ff. com. prad. & itam dicit magis communem opinionem Imola in dict. leg. ita stipulatus quinta columna, & Jafon in leg. legato generaliter, ff. de legat. 1. pen. colum. Contrarium tamen tenet Petrus de Ballapert in dict. leg. ita stipulatus quem ibi refert Bar. 4. colum. 8. opposit. Imo quod si promissor, vel testator habeat fundos in patrimonio, valeat promissio, vel legatum in eo, quem velit dare, sicut sit distinctio in fundo urbano, puta domo, vel alio aedificio, ut in leg. si domus, de legat. 1. & idem tenet ibi Alberic. 6. & 10. colum. Paul. de Castr. 3. colum. Alexand. 8. colum. num. 15. & istam dicit magis communem opinionem Jafon in dict. leg. si domus, penult. col. de legat. 1. & dicit magis communem opinionem Ripa in dict. leg. ita stipulatus, 9. colum. num. 31. Constatum ita opinio: quia semper videtur deducta res in dispositione eo modo, quo erat ejus tempore, ut in leg. si ita legatum, ff. de aur. & argent. legat. & in leg. fin. §. 1. de leg. 3. & in leg. nullius Polia, ff. de contrah. emptio. Ergo si tempore contractus vel testamenti, promissor, vel testator habeat fundos in suo patrimonio divisos, & determinatos aliquibus signis, & confiniis, videtur unum ex eis promittere, vel legare, nec potest jam sola voluntate & destinatione pauperum, vel digitorum terrae dare, nec fundum minore constitucere, sed qualitas, vel modus, qui erat tempore dispositionis debet attendi. Sed his non obstantibus ego teneo primam conclusionem. Primò, quia omnia jura primò allegata indistinctè loquuntur & cum ministerio, text. in l. si domus, de l. gat. 1. ejus distinctio loquitur in fundo urbano, & si haberet locum in fundo rustico certè expressa esset. Secundo, quia major ratio, & incertitudo verititur in fundo rustico, quam urbano, quia rusticus potest intelligi ad seminandum, vel de prato, vinea horto, vel alio simili, quod non est in urbano. Tertio, quia considero, quod fundus rusticus, licet habeat aliquos fines certos, & limites facti hominis, tamen non sunt ita fixi, perpetui, & certi, sicut fundi urbani: quia una domus magis realiter distinguitur, per camenta, ligna, lapides, & parietes medios. Et sic in fundo rustico.

co non consideratur vera, & realis certitudo sicut in urbano. Ideo merito dispositio generica fundi rustici vitatur propter incertitudinem.

Decima quarta conclusio. Incertitudo rei in genere, quae non habet fines determinatos à natura sed facti hominis, non vitiat dispositionem, ut si quis promittat, vel leget domum navem vel simile aedificium: quia si habet domos, vel naves in patrimonio, valet, & tenet promissio & legatum, & promissor vel haeres eligit quam velit solvere. Si vero nullam domum, vel navem haberet, non valet promissio, nec legatum, sed est nullius momenti text. est singularis & unicus in jure, in leg. si domus, ff. de legat. 1. ad hoc notat & commendat ibi Gloss. ordinaria, Bar. Alberic. & communiter Doctores antiqui, & reparat singularem, & unicum Paulus, Imol. & Jafon: & idem disponit lex 23. titul. 9. 6. part. Et licet non reperitur expresse eorum in jure, in contractibus tamen etiam habet locum, & procedit in eis, cum sit eadem ratio, & ita tenet Bar. in dict. leg. ita stipulatus, infra eod. §. columna quem sequuntur communiter Doctores.

Decima quinta conclusio incertitudo circa factum, vel rem aedificandam vitiat dispositum. Nam si quis promittat alteri, vel gravaret heredem domum aedificare, vel aliud aedificium facere, non determinato loco, promissio, vel legatum non valet text. est in dict. leg. ita stipulatus, infra eod. ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores; text. in leg. qui in solidum, eod. tit. text. in l. 2. §. si quis insulam, ff. de eo quod certo loco dari oportet; text. in leg. cum qui insulam, ff. de judic. Cujus ratio est: quia aliàs profleret fieri in loco, in quo nulla utilitas proveniret creditori. Item etiam requiritur, ut exprimatut qualitas, & forma aedificii: quia vitaretur propter incertitudinem, secundum communem opinionem. Quod est verum, & procedit, praeterquam in causa pia: quia in ea valet dispositio incerta, ut si quis promittat, vel graver heredem aedificare Ecclesiam, vel hospitale, quia tenetur facere iudicis arbitrio, attenta facultate testatoris, & qualitate suae personae, argumento leg. quidam in testamento, ff. de legat. 2. & ibi tenet, Imola, & alii Doctores. Imò, quod magis est, ista sententia & conclusio habet etiam locum in qualibet causa pia, quia valet dispositio incerta, & certificabitur ratione ipsius causae, & qualitatis personae debitoris, textus est notabilis & expressus in leg. cum post divorcium, §. gener. ff. de jure dot. & ibi communiter Doctores text. in leg. si cui, ff. de annuis leg. text. in l. pen. ff. de aliment. & cibar. leg.

Sed advertendum, quia contra praedicta se offert g. text. mirabilis, & expressus in leg. quidam g. heredem, ff. de tritic. vin. & oleo leg. ubi disponitur, in quod si testator simpliciter legat axori, vel alteri frumentum, vinum, oleum, vel quid simile, quod pondere, numero, vel mensura consistit, non vitatur dispositio propter incertitudinem, sed valet & tenet, & videtur relictum omne frumentum, vinum, vel oleum, quod habet in suo patrimonio. Et certè est novus, & fortissimus textus contra praedicta jura, quae habent, quòd incertitudo vitiat dispositionem, tam in contractibus, quam in ultimis voluntatibus, & videtur carere responsione. Sed sustinendo praedicta, respondeo ad illum textum. Primò, quòd loquatur, & procedat, quando legatum consistebat in alimentis, vel causa pia. Ita ibi solus Bar. Sed ista solutio aperte est falsa: quia tali casu non deberetur totum frumentum,

vinum, vel oleum, sed tantum secundum qualitatem personae. Item quia de hoc non esset aliqua quaestio, nec Consulti essent varii ut dicitur ibi textus cum clarè erat decusum per alia jura, quod valeret vel aliter, & secundò respondeo, quod ille textus vult, quod licet in contractibus incertitudo vitiet dispositionem in his quae pondere, numero, vel mensura consistunt, modo habeat illa in suo patrimonio, modo non, ut supra dictum est: tamen secus est in ultimis voluntatibus, quia valet & tenet legatum, si aliquid reliquit in patrimonio & totum videtur relictum. Ita Gloss. ordinaria ibi, & ibi sequitur Alberic post Dynum & antiquos, tenet & sequitur Jason in leg. ita stipulatus, infra isto tit. 7. col. numero 14. Sed iste intellectus simpliciter non potest teneri, quia jura superius allegata, quae dicunt, quod promissio, vel legatum incertum rei, quae pondere, numero, vel mensura consistit, non valet simpliciter, & generaliter loquitur, modò promissor, vel testator habeat illum in suo patrimonio, modò non. Unde aliter, & terò cogitavi, quod verus sensus, & intellectus illius textus est quod ubi legatum est factum cum signo universali, quod totum comprehendit, dicendo: Lego totum frumentum, &c. vel lego ipsum triticum quod in vulgari significaret, mando todo el trigo, o ma do el trigo quia tunc totum veniret, & comprehenderetur in legato, vel dispositione, & ad omne illud videretur se referre testator: Et iste est meus novus, & singularis intellectus ad illum textum, salva pace melius sentientis.

Advertendum tamen, quòd superiora, quae habent, quod regulariter incertitudo vitiet dispositionem in contractibus, & ultimis voluntatibus, debent intelligi de jure Civili: secus tamen est de jure Canonico, & ejus aequitate: quia valebit dispositio, & regulabitur secundum qualitatem personae & patrimonii. Ita singulariter determinat Archidiaconus in cap. sunt nonnulli, 1. quæst. 1. & illud dictum extollit, & commendat Anton. in cap. ex parte, de consil. & ibi alii Canonistae, & reputat singulare Abbas in cap. 1. de decimis. Anna in cap. cum juramento, de homicid. ibi Felin. & Alexan. ubi dicit esse Legistis incognitum in dist. leg. ita stipulatus, infra cod. 3. colum. & ibi Jason 2. col. & Rip. 8. colum. num. 25. * Attende ad istam opi. sed eam non credo veram sed falsam, quia in prædictis casibus incertitudo vitiat propter defectum consensus. ut supra dictum est, ergo nec valet de jure communi, nec canonico, nec regio. Item etiam quia cum expresse reperitur dispositum quod non valet obligatio de jure civili, & aliud non reperitur de jure canonico. * Advertendum etiam, quod jura prædicta, quae habent, quod incertitudo vitiat dispositionem, debent intelligi, quando agitur de contrahenda, vel inducenda obligatione: secus verò, si de ea dissolvenda, vel proroganda, ut si creditor, postquam cessit dies obligationis, simpliciter prorogavit terminum debitori, nullo determinato ore vel tempore: quia talis incertitudo non vitiat prorogationem, imò moderabitur tempus judicis arbitrio, favore liberationis: ista est Gloss. ordinaria, juncto text. in leg. Emilium Larianus ff. de minor. quam ibi ad hoc notat & com-

mendat Bartol. & Doctores antiqui, & reputat ibi unicam Bald. 1. lict. 2. col. Idem Bald. in c. 1. de nova forma fidelitatis, 2. col. in sub. Feud. illam etiam appellat auream idem Pald. in l. & si post tres, ff. si quis caus. jud. sisten. 1. lict. 2. col. Et ex superioribus simpliciter & necessariò quæro, si pater, vel mater in testamento, vel contractu inter vivos, melioravit filium, vel filiam, non designata aliqua quantitate, sed simpliciter dixi: Melioro filium meum: an talis melioratio valet, vel vitietur propter incertitudinem? Et videtur, quod valet in quinto. Primò, quia semper testator videtur gravare hæredes minus, quam possit, text. est in leg. idem Julianus, §. Seio, ff. de leg. 1. ubi disponitur, quod si testator legat fundum Cornelianum, cum plures haberet ejusdem nominis, minor videtur legatus: & idem est in contractibus, text. est in leg. qui ex pluribus, de verb. obligat. per text. in leg. nummis, ff. de leg. 3. ubi si testator legat aureos, cum plures reperiantur diversi valoris, minores videntur legari, per text. in leg. si ita relictum, ff. de legat. 2. & in l. concubinam, §. 1. ff. de leg. 3. ubi habetur: quod si testator legat tantam partem quantum, habet unus hæres ejus, & plures sunt hæredes inaequaliter instituti, legatarius debet habere minorem partem ex his, quae fuerunt hereditibus assignata. Ergo in nostro casu filius simpliciter melioratus habeat quintam bonorum. Secundò, & principaliter videtur quòd talis melioratio incerta valet in tertio. Primò, quia melioratio tertii propriè cadit inter filios, & alteri non convenit, ut in l. 9. rii. §. lib. 3. foro legum: & in l. Tauri, & dispositio in defuncti, vel contrahentis semper debet regulari secundum qualitatem personae cui fit, textus est in leg. plenum, §. equitis, ff. de usu & habitationi. quem ibi ad hoc notat & commendat Odofred. Bar. Alber. Baldus & communiter Doctores, textus in leg. pen. ff. de aliment. & cibari. legat. text. in leg. Stichus, ff. de legat. 3. textus in leg. stipulatio ista, habere licere, §. hi qui, infra isto tit. textus in l. ejus arripit, §. tales, ff. de oper. liber. textus in l. cum plures §. fin. ff. de administr. & per. tutor. textus in l. quibus diebus, §. dominus, ff. de condit. & demonstr. textus in l. ex militari, ff. de milit. testam. ubi si Princeps concessit alicui militi factionem testamenti activam, quam perdidit propter delictum, intelligitur, ut possit testari jure militari, secundum conditionem suae personae, text. in cap. pastoralis, de donat. per quem tenet ibi Innocent. quòd l. ex persona dantis, & earum quae dantur, debemus cognoscere, quid dari intelligatur. Et ex isto fundamento & ratione istam sententiam & conclusionem tenebant aliqui Doctores hujus Universitatis. Tertio principaliter videtur, quòd talis melioratio incerta valet, & tenet in tertio, & quinto bonorum. Primò, quia pater vel mater, faciens meliorationem, videtur se referre ad omnem illud, quod per leges hujus Regni potest facere, & se extendere, & per relationem ad aliud, hoc est, ad prædictas leges efficitur certa dispositio, argumento textus in leg. asse, rito, ff. de hered. instit. textus in leg. institutio talis, ff. de condit. insti. textus in leg. si ita scripsero ff. de condit. & demonstrat. textus in leg. certum est, ff. si cert. petat. Secundò pro hac parte facit textus notabilis in leg. si ita quis testamento suo, ff. de legat. 2. ubi habetur quod si testator legavit alicui tantum, quantum per legem capere potest, valet legatum in omni eo in quo de jure potest esse capax. Tertio

facit textus in l. fin. ff. de pen. legat. ubi si testator simpliciter, & genericè legavit alicui penum, videtur legare omnia illa, quae possunt comprehendi sub illo vocabulo. Ex quo inferri ibi Bar. quod si quis legat alteri cameram suam, videtur legare omnes res, quae ad cameram erant paratae. Quartò facit text. in leg. 23. Tauri, ubi disponitur, quod si pater, vel mater fecerit aliquam donationem simpliciter filio suo, quamvis non sit dictum, neque expressum, quod cum meliorat in tertio & quinto bonorum, intelligitur in eo esse melioratus. Confirmatur etiam, quia tantum valet generica dispositio quoad genus, sicut particularis quoad speciem, ut in leg. Centurio, cum materia, ff. de vulg. & pupil. substit. textus in leg. Lucius, eodem tit. & istam partem tenent, & lequor in hac subtili, & difficili quaestione, quam memini proposuisse quondam coram Dominis, quorum major pars dicebat, & asserbat, talem meliorationem vitari propter incertitudinem, per jura superius adducta in ista materia, quibus probatur, quod tam in contractibus, quam in ultimis voluntatibus incertitudo vitiat dispositionem. Nec obstant jura superius adducta pro prima opinione: quia intelliguntur, quando dispositio testatoris erat certa respectu rei, vel quantitatis, sed dubitabitur de qualitate ejus, scilicet an senserit de majori, vel minori, cum in utroque sensu possit intelligi nam tunc intelligitur in minori. Sed in nostro casu, est omni modo incertitudo: ideo vitiat dispositionem. Secundò non obstant jura adducta pro secunda opinione: quia ibi simpliciter dispositio erat certa, sed dubitatur de qualitate & modo ejus: & tunc regulatur & intelligitur, secundum: qualitatem personae, cui fit. Tertio non obstant jura pro tertia opinione adducta, quod in eis dispositio efficitur certa per relationem ad aliud: quia expresse testator se retulit ad illud. Sed in nostro casu non se retulit ad legem, neque ad aliud, ex quo melioratio possit certificari. Et eodem modo ad textum notabilem in dist. si ita quis testamento suo ff. de legat. 2. quia ibi testator expresse se retulit ad legem, dicendo quod legabat omne illud, quod possit legatarius capere. Sed in nostro casu pater, vel mater ad legem, vel aliud non se retulit, sed simpliciter dixit, Melioro: & talis dispositio tanquam incerta non potest valere, neque per relationem ad aliud effici certa. Ex quo inferitur, quod si in nostro casu pater vel mater diceret: Melioro filium meum in omni illo: valeret melioratio in toto tertio, & quinto, argumento text. in dist. leg. si ita quis testamento suo ff. de legat. 2. juncta communi opinione. Neque obstat etiam textus in l. 3. & final. ff. de pen. legat. quia ibi fuit dispositio testatoris certa: quia per legem expresse reperitur determinatum, quid contineatur sub peno. Unde legando simpliciter penum, videtur legare omnem illud, quod sub peno comprehenditur: Secus verò est in nostro casu, quia sub isto verbo, melioratio, non reperitur dispositum, quid, vel quantum comprehendatur. Neque obstat etiam, & similiter l. 26. in legibus Tauri: quia ibi pater vel mater fecit certam donationem in quantitate vel re, & fecit eam simpliciter, non dicendo, nec declarando, an in ea sit filius melioratus, vel non: & dicitur lex, quod talis filius videatur in ea melioratus virtualiter ad hoc, ut ei, vel alteri non possit pater & mater amplius meliorare: & si excedat valorem tertii, & quinti, valet in tertio, quinto, & legitima: non tamen dicitur, an.

nec valet, quod si simpliciter & absolute pater, vel mater dicit, Melioro filium meum Joannem, censetur melioratus in aliquo. Sed his non obstantibus, firmiter teneo in nostra subtili, & difficili quaestione, quod talis melioratio valet, & tenet in tertio, & quinto bonorum, ut supra dixi, & fundavi. Item quæro, an, quando contractus rite celebratus, actio, & obligatio ejus transeat ad hæredes, vel non? In quo articulo magistraliter & resolutivè dico, quod regulariter transit ad hæredes, tam activè, quam passivè: quia hæredes post additionem hereditatis representant ipsum defunctum in totum, si est unus solus hæres vel pro parte hereditaria, si sunt plures hæredes: text. est in authent. de iur. jurand. & istam partem tenent, & lequor in hac subtili, & difficili quaestione, quam memini proposuisse quondam coram Dominis, quorum major pars dicebat, & asserbat, talem meliorationem vitari propter incertitudinem, per jura superius adducta in ista materia, quibus probatur, quod tam in contractibus, quam in ultimis voluntatibus incertitudo vitiat dispositionem. Nec obstant jura superius adducta pro prima opinione: quia intelliguntur, quando dispositio testatoris erat certa respectu rei, vel quantitatis, sed dubitabitur de qualitate ejus, scilicet an senserit de majori, vel minori, cum in utroque sensu possit intelligi nam tunc intelligitur in minori. Sed in nostro casu, est omni modo incertitudo: ideo vitiat dispositionem. Secundò non obstant jura adducta pro secunda opinione: quia ibi simpliciter dispositio erat certa, sed dubitatur de qualitate & modo ejus: & tunc regulatur & intelligitur, secundum: qualitatem personae, cui fit. Tertio non obstant jura pro tertia opinione adducta, quod in eis dispositio efficitur certa per relationem ad aliud: quia expresse testator se retulit ad illud. Sed in nostro casu non se retulit ad legem, neque ad aliud, ex quo melioratio possit certificari. Et eodem modo ad textum notabilem in dist. si ita quis testamento suo ff. de legat. 2. quia ibi testator expresse se retulit ad legem, dicendo quod legabat omne illud, quod possit legatarius capere. Sed in nostro casu pater, vel mater ad legem, vel aliud non se retulit, sed simpliciter dixit, Melioro: & talis dispositio tanquam incerta non potest valere, neque per relationem ad aliud effici certa. Ex quo inferitur, quod si in nostro casu pater vel mater diceret: Melioro filium meum in omni illo: valeret melioratio in toto tertio, & quinto, argumento text. in dist. leg. si ita quis testamento suo ff. de legat. 2. juncta communi opinione. Neque obstat etiam textus in l. 3. & final. ff. de pen. legat. quia ibi fuit dispositio testatoris certa: quia per legem expresse reperitur determinatum, quid contineatur sub peno. Unde legando simpliciter penum, videtur legare omnem illud, quod sub peno comprehenditur: Secus verò est in nostro casu, quia sub isto verbo, melioratio, non reperitur dispositum, quid, vel quantum comprehendatur. Neque obstat etiam, & similiter l. 26. in legibus Tauri: quia ibi pater vel mater fecit certam donationem in quantitate vel re, & fecit eam simpliciter, non dicendo, nec declarando, an in ea sit filius melioratus, vel non: & dicitur lex, quod talis filius videatur in ea melioratus virtualiter ad hoc, ut ei, vel alteri non possit pater & mater amplius meliorare: & si excedat valorem tertii, & quinti, valet in tertio, quinto, & legitima: non tamen dicitur, an.

